

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



1711  
veterum scriptorum  
monumenta descripta

Res Sg Faust 198

Programata

M. ~~Andrea Schumann~~





1978



# RHINOCEROS

E

VETERVM SCRIPTORVM


MONIMENTIS

DESCRIPTVS

A

FRIDERICO GOTTHILF FREYTAG.

I. V. C.



---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA  
C I D I O C C X X X X V I I .

*Joseph de Seidinger - Erlangen - von  
Friedrichshofen*

BSB  
MÜNCHEN

07/04/255

NOBILISSIMO. AMPLISSIMO  
EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
FRIDERICO. MENZ  
PHYSICES. PROFESSORI. PVBLICO. ORDINARIO  
ALVMNORVM. ELECTORALIVM. EPHORO  
ACADEMIAE. LIPSIENSIS. DECEMVIRO  
IN. COLLEGIO. MAL. PRINCIP  
COLLEGAE  
PATRONO. ET. PRAECEPTORI. SVO  
VENERANDO  
VITAM. LONGAM  
VALETVDINEM. COMMODAM  
SVCESSVS. OMNIVM. RERVM. PROSPEROS  
PRECATVR



TVM. VERO

EIDEM

OB. VETEREM. CVM. PATRE. AMICITIAM

ET. BENEVOLENTIAM. ERGA. SE. PLANE

SINGVLAREM


HOC. LEVE. OPVSCVLVM

GRATAE. MENTIS. ET. PERPETVAE

OBŞERVANTIAE. CAVSSA

D. D. C.

FRIDERICVS. GOTTHILF. FREYTAG



Krügner sc.



nusitatae magnitudinis bellua, quae RHINOCEROS, a Graecis Romanisque scriptoribus, vocari solet, praeteritis nundinis Lipsiensibus, multorum hominum, in se conuertit oculos. E Bengala, quae extrema Asiae australis regio est, et magno paret MOGORI, immanis illa bellua, a viro, \*) in amplissima, apud Belgas, dignitate, constituto, in Europam, naue, ante hos sex annos, aduecta fuerat, quam dono postea acceptam, et cauea inclusam, nauis Bel-

A 2

gicae

a) Is nempe fuit IOAN- NES ALBERTVS a SICH- TERMANN rei Belgicae, in tractu terrarum Benga- lensi, praefectus, classis inde,

in Belgium, redeuntis dux, et in societatis Indiae orien- talis senatu, qui Bataviae est, consiliarius, ordinarius.

gicae praefectus <sup>b)</sup> spectaculi caussa, per amplissimas Germaniae vrbes, produxit. Ita vero accidit, vt duo viri doctissimi <sup>c)</sup> operae pretium se facturos, existimarent, si, oblata spectandi occasione, Rhinocerotem paullo diligentius considerarent, atque, in describendo illo, non nihil studii laborisque ponerent, et in conspectum darent, quae recentiores potissimum hodoeporici scriptores, de Rhinocerote, litteris consignauerant. Vtne igitur laborem, qui superuacaneus videri possit, temere suscipiamus, et cramben, vt aiunt, bis coctam adponere videamur, omissis iis, quae TACHARDVS <sup>d)</sup> CHARDINVS <sup>e)</sup> WORMIVS <sup>f)</sup> NEVHOFFIVS <sup>g)</sup>

KOL-

b) Cognomine MOV- THIVS dictus nobilis dominus VAN DER MEER. CHARD Tom. I. Livr. II. p. 67. edit. Amst. 1689. 12mo.

c) CAROL. AVGVST. á BERGEN, celeberrimus in academia Viadrina, artis salutaris doctor, in *Oratione de Rhinocerote Francof. 1746. in 4to.* I. M. BARTH, *im Schreiben an einen guten Freund, darinnen von Rhinocerote, oder Nashorn, umstaendliche Nachricht gegeben, und zugleich untersucht wird, ob dieses Thier der Hiob XL. 10. beschriebene Behe-moth sey.* Regensb. 1747. 4to.

e) *Voiages de Msr. le Chevalier CHARDIN en Perse et autres lieux de l'Orient.* Tom. II X. p. 132. sqq. edit. quae Amst. 1711. in 12. prod.

f) IO. GOTTLIEB WORM *Ost-Indian-und Per-sianische Reisen* p. 54. 185. 344. 1092.

g) IO. NEVHOFF *Gesandtschaft der Ost-Indischen Gesellschaft in den vereinigten Niederaendern an den tartarischen Cham* p. 370. sqq. edit. Amstelod. 1066. 4to.

KOLBIVS <sup>h)</sup>) et alii, qui iter, in ASIAM et AFRICAM instituerunt, easque peragrarunt terrarum orbis regiones, in Rhinocerote, obseruarunt, silentio etiam, maxima ex parte, praeteribimus, quae CONRADVS GESNERVS <sup>i)</sup>) VLYSSES ALDROVANDVS <sup>k)</sup>) IOANNES IONSTONVS <sup>l)</sup>) SAMVEL BOCHARTVS <sup>m)</sup>) WOLFGANGVS FRANZIVS <sup>n)</sup>) qui *animalium scripserunt historias*, de eiusmodi bellua, commemorant. Ad ea potius oculos animumque intendemus, quae in veterum Graecorum pariter et Romanorum scriptorum monumentis, de Rhinocerote, passim leguntur: qua ratione, ab iis gratiam nos forte inituros esse, speramus, qui vetustatis memoriam libenter repetunt, neque Graeci Romanique sermonis saporem prorsus deposuerunt.

NOMEN Rhinocerotis origine Graecum, atque ἀπὸ τῆς ῥίνος, *naso*, et τῆς κέρατος, *cornu*, fuisse compositum, cum verbi ipsius ratio, primo statim adspectu docet, tum antiqui scri-

A 3 ptores,

h) M. PETER KOLBENS *vollstaendige Beschreibung des Africanischen Vorgebürges der guten Hofnung* p. 159. sqq.

i) *Histor. animal. L. I.* p. 952.

k) *Histor. quadrupedum bifid. C. XXXIII.* p. 362. sqq.

l) *Histor. natural. de quadrupedibus L. II. Artic. XI.* p. 98.

m) *In Hierozoico L. III. c. XXVII.* p. 948. *Conf. Cap. XXVI;* p. 930.

n) *Histor. animal. cum commentar. et supplement. IO. CYPRIANI P. I. c. XI.* p. 53. et p. 603.

ptores, suo suffragio, confirmant. CVRTIVS <sup>o)</sup> certe scribit: *hoc nomen belluis eis inditum a Graecis, sermonis eius ignari, aliud lingua sua usurpant.* Et DIO CASSIVS <sup>p)</sup> ὁ Ῥινόκερος κέρας δέ τι κατ' αὐτὴν τὴν ῥίνα προσέχει, καὶ διὰ τῆτο, ἔτω κέκληται, *rhinoceros cornu, ex ipso naso, prominens habet, hincque suum nomen inuenit.* Quo cum consentit DIODORVS SICVLVS <sup>q)</sup> et ζῶον, inquit, καλεῖται ἀπὸ τῆ συμβεβηκότος ῥινόκερος, *animal vocatur, a re ipsa, a naso scilicet cornuto, rhinoceros.* AELIANVS <sup>r)</sup> denique dixit: ὁ ῥινόκερος ἐπ' ἀκρας τῆς ῥινὸς τὸ κέρας φέρει, ἐνθεν τὸ κέκληται, *rhinoceros, in summa nare, cornu gerit, ex quo etiam nomen traxit.* E quibus omnibus, oppido intelligimus, a cornu, quod in naribus eminere conspicitur, nomen belluae isti fuisse inditum. Quae autem caussa fuerit, quam ob rem IONSTONVS <sup>s)</sup> illud animal, quod a Germanis, in vernacula lingua, *Nasborn* dicitur, vocibus aliter transpositis, *Hornnase*, ab iis, adpellari scriberet, illam nos comminisci haudquaquam possumus, quoniam tale nomen insolens, atque inter Germanos, quod nos quidem

o) L. IX. c. I.

edit. WESSELING.

p) L. LI. p. 526. edit.  
HENRIC. STEPHANI.r) L. XVII. de Animal.  
natura c. 45.q) Tom. I. L. III. Biblioth.  
hist. Sect. XXXV. p. 200.s) Histor. natural. de qua-  
druped. l. cit.

dem sciamus, inauditum est. Quamuis autem Rhinocerotem, a cornu, in naribus, eminente, nomen accepisse, nemo dubitet; ea tamen in re, Graeci Romanique scriptores, a se inuicem, opinione discrepant, vtrum tantummodo vnum, an duo cornua habeat. Sed cohibebimus, ab indicando eiusmodi diffensu, tantisper calamum, dum infra, de illo dicendi, locus se obtulerit.

TERRA, vbi gignitur Rhinoceros ASIA et AFRICA est. Inprimis BENGALA, CAMBAIA, et PATANE, olim PERIMVDA dicta, illud animal procreant. Etiam si enim CVRTIVS<sup>t)</sup> INDIAM *rhinocerotas alere, non generare*, scribit, quoniam natale Rhinocerotis solum, sicuti cum RADEROCELLARIUS<sup>v)</sup> obseruat, AETHIOPIAM tantummodo esse, fortasse putauit: attamen sententiae, quam prodiderat, quasi oblitus, vbi Alexandrum, Poro deuicto, in Indiam, penetrasse, commemorat, Rhinocerotas, in India reperiri, his verbis, <sup>x)</sup> significat: *Rhinocerotes quoque rarum alibi animal, in iisdem montibus erant.* Quis autem, in eos montes, id animal aliunde aduectum,

A 4

non

t) L. IIX. c. 9. Miror eodem errore inductum fuisse CHARDINVM cum l. c. Tom. VIII. p. 133. de Rhinocerotib. scriberet: *Ethiopie est le pais où il y en a*

davantage, et je n'ai pas pu decouvrir qu'il y en ait aux Indes.

u) Vterque ad CVRTII loc. cit.

x) L. IX. c. 1.

non ibi natum, crediderit? Praeterea Scriptores itinerum, qui *dolato, confisi ligno*, vt poetae <sup>1)</sup> verbis vtamur, *animam ventis commisere*, vt alio quid fieret in orbe lustrarent oculis, in India procreari Rhinocerotas, experientia edocti didicerunt. Et ipsa illa bellua, quae scribendi occasionem, materiamque nobis suppeditauit, atque innumerabiles, per omnem Germaniam, spectatores inuenit, secundo, postquam foetum mater enixa fuerat, mense, in regione Bengalensi, ASSEM dicta, ab Indis, qui matrem telis confectam occiderant, capta, et ad nobilissimum SICHTERMANNVM, quem, honoris causa, iterum nominamus, adducta, et cicurata fuit. In AFRICA, et praesertim in AETHIOPIA, inueniri Rhinocerotas, HESYCHIVS <sup>2)</sup> non solum tradit, vbi Rhinocerotem *τετραπῆν Ἰνδιῶν ἐν Αἰθιοπία*, *animal quadrupes, in Aethiopia*, vocat, sed PAVSANIAS <sup>3)</sup> etiam,

y) IUVENAL. Sat. XII. 57.

z) Sub voce *ῥινόκερως*.

a) In Boeotic. p. 297. edit. WECHEL. Hieron. CARDANVS de subtil. L. X. Rhinocerotem non Aethiopicum sed Indicum adpellat taurum. Rhinocerotas vero, a PAVSANIA, *tauros* vocari *Aethiopicos* nemo mi-

rabitur, qui elephantos etiam, a Romanis, *Lucas boues*, dictos, legerit; cuius rei causam esse, referunt VARRO, PLINIVS aliique, quod Romani nullum animal grandius boue viderant, antequam Pyrrhus, Epirotarum rex, A. V. C. CCCCLXXII. Tarentinis opem ferens, elephantos, in Lucania, aduersus Romanos,

etiam testatur, quum se vidisse ταύρος, ait; τὸς τε Ἀιθιοπικὸς, ἃς ἐπὶ συμβεβηότι ὀνομάζουσι ῥινοκέρας, ὅτι σφίσιν ἐπ' ἀμρα τῆ ῥινὴ ἐν ἐκείνῳ κέρας, *tauros Aethiopicos, quos e re ipsa, Rhinocerotas nominant, quod illis, in nare extrema, cornu prominet: et alio loco* <sup>b)</sup> *idem scribit: οἱ Ἀιθιοπικοὶ ταῦροι τὰ κέρατα φύσσουσιν ἐπὶ τῆ ῥινὴ, Aethiopici tauri, e naribus cornua extrudunt.* Fuerunt quidem viri doctissimi, et inter eos, ANGELVS POLITIANVS <sup>c)</sup> qui PAVSANIAM, iis, quae protulimus, verbis, non Rhinocerotem, sed taurum Aegyptium describere, existimarent; sed eorum sen-

A 5 ten-

nos, produceret. Inuenimus hoc elephantis nomen in ENNII fragmentis, p. 305. edit. HESSELI, vbi hoc prouerbum legitur

*atque prius pariet locusta  
- lucam bouem*

apud LVCRETIVM L. V. de rer. nat. v. 1300. sqq.

*Inde boues Lucas turrato  
corpore tetros*

*Anguimanos belli docue-  
runt volnera Poeni*

*Sufferre.*

nec non apud LACTANTIVM qui libr. de Opif. Dei c. 3. scribit: *potestne igitur aliquis, cum videat, etiam boues Lucas cum im-*

*manissimis corporibus seruire homini queri de opifice Deo?* Conf. PLINIVS L. IIX. Hist. nat. c. 6. atque e recentioribus, qui pluribus verbis de hoc nomine commentatus est, GISBERT, CVPERVS, exercitat. II. de elephantis, in numis, inuentis, quae Tom. III. in thesauro Antiquitat. Romanar. SALLENGRII extat. It. GEORG. CHRISTOPH. PETRI AB HARTENFELS elephantographia curiosa P. I. cap. II. p. 9. sqq.

b) In Eliacis p. 159.

c) In Miscellan. c. 56.



tentiam, AELIANI<sup>d)</sup> iuxta et PLINII,<sup>e)</sup> quam nobis de Aethiopicis tauris dederunt, refellit descriptio. Quid? quod CONRAD. GESNERVS<sup>f)</sup> et LAELIVS BISCIOLA<sup>g)</sup> Mutinensium polyhistor, hanc causam, satis, ut aiunt, perorarunt, et DOMITIVM CALDERINVM, criticum seculi XV. celeberrimum, aduersus POLITIANVM, strenue defenderunt. Apud FESTVM,<sup>h)</sup> quidam *Rhinocerotem esse*, aiunt, *bouem Aegyptium*: sed deprauatum fuisse FESTI locum DACERIVS<sup>i)</sup> obseruat, et, *Aethiopicum* legi, debere, pronunciat. LVCILIVS<sup>k)</sup> etiam, poeta antiquissimus, hominem dentibus, ex ore, prominentibus conspicuum Rhinoceroti adsimilauit Aethiopico, cum scriberet:

*Broncus nouit lanius, dente aduerso, eminulo;  
hic est*

*Rhinoceros velut Aethiopus.*

De AXOMITE, nobili, in Aethiopia, emporio, quod AVXVMEN vocant alii, haec AR-

RIANI

d) L. XVII. de Animal. natur. c. 45.

e) L. VIII. histor. natural. c. 21.

f) Histor. Animal. l. cit.

g) Tom. II. horar. subsecuar. L. II. c. 23. p. 156. sqq.

h) L. XVI. de verbor. significat. p. 448. edit. in vsum DELPHINI.

i) In Obseruat. ad cit. FESTI loc.

k) E reliquiis L. III. Sat. p. 30. edit. FRANCISC. DOVSAE. *Bronci* autem *Brocci*, et *Brochi*, adpellantur, qui os productum et dentes, ex ore, prominentes habent. Vid. NONIVS L. I. p. 102.

RIANI <sup>1)</sup> verba legimus: εἰς Ἀζωμίτην ὁ πᾶς ἐλέφας ἀπὸ τῆς πέρας τῆς Νείλου φέρεται, διὰ τῆς λεγυμένων Κυνηείας· ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ἀδελεί. τὸ μὲν ἔν ὄλον πλήθος τῶν Φονευομένων ἐλεφάντων ἢ ῥινόκερώτων, περὶ τῆς ἀνω νέμεται τόπῳ. σπανίως δὲ ποτε καὶ ἐν τῷ παραθάλασσαν περὶ ἀντὴν τὴν Ἀδελεί θεωρεῖνται, *omne ebur, quod est ultra Nilum, Axomitam per Cynieium (fluuium) defertur, inde Aduli: omnes itaque elephantorum aut Rhinocerotum occisorum multitudo, in superioribus locis alitur, raro autem in locis iuxta mare, ipsamque urbem Aduli* <sup>m)</sup> conspiciuntur. Et idem, paullo post, <sup>n)</sup> scribit: ἐπὶ τῶν ἔσω τόπων τῆς Ἀραβικῆς, *ex interioribus, Arabiae locis, φέρεται ἐλέφας καὶ ῥινόκερος affertur ebur et Rhinoceros: vbi more, Graecis vſitato ἐλέφας καὶ ῥινόκερος, synecdochice pro elephantis dentibus et Rhinocerotis cornibus ponitur:*

id

1) In maris Erythraei Periplo p. 2. edit. STVCKII quam lege in scholiis ad h. l. p. 13.

m) Varia ratione Aduli oppidum, quod vicum STVCKIUS nominat, a veteribus scribitur. Nos cum STEPHANO consentimus, qui ex HERODIANO probat, verum nomen esse Ἀδελεί, propterea quod PLINIVS L. VI. Hist. natural.

c. 29. *Aegyptiorum seruos, a dominis profugos id oppidum condidisse memorat, et maximum emporium Troglodytarum etiam Aethiopum esse dicit. Addit etiam: abest a Ptolemaide quinque dierum navigatione: deferunt plurimum ebur, Rhinocerotum cornua.*

n) P. 3. libri cit. et STVCKIUM in scholiis p. 21.

id enim alia mercium genera, produnt, quae, ex iisdem locis, adferri perhibentur. Et haec haec hactenus de regionibus, vbi Rhinoceros generatur.

Qua solertia, in describendo Rhinocerote, vsi sint veteres autores, ex iis patebit, quae, de illo, recentiores, in commentariis suis adnotarunt. Quo perspectiora enim habebimus, quae vtriusque generis scriptores, de Rhinocerotis **FORMA, NATURA, et PROPRIETATIBVS,** commemorant, eo facilius narrationis veritatem diiudicare poterimus. Audiamus itaque **IACOBVM BONTIVM,** medicum, rerum in India, obuiarum peritissimum. Ille Rhinocerotem, plus vice simplici, in patrio et natali solo, suis conspexit oculis, et proinde sic descripsit: °) *cute e nigra est cinericia, instar elephantinae, rugosa admodum, cum profundis plicaturis, circa latera ac in dorso: crassam admodum habet pellem, vt quae ictui Iaponicae machaerae facile resistat. Neque enim haec bestia, vt apud nos pingitur, scutis munita est, sed hae plicaturae hos clypeos mentiuntur, neque vna pars durior est altera. Rostro est porcino, sed ante acutiore, neque tam obtuso, in cuius extremitate, cornu istud extat, unde nomen sortita est bellua, aliud altero maius, pro aetate*

o) In libro de medicina Indorum p. 16.

tate Rhinocerotis. Colore etiam cornu variat, modo nigrum, modo cinericium, modo album est. Magnitudine autem corporis mediocris staturae, elephantem proxime accedit medio-crem, nisi quod pedibus sit longe humilioribus, et propterea etiam tam conspicuum non est animal. His BONTII verbis, descriptionem Rhinocerotis, a GEORGIO de SEPIBUS adlatam, e museo Kircheriano <sup>P)</sup> adiungimus: *Animal est grande, durissimo et solidissimo corio, ceu thorace ferreo, a natura loricatedum. Corporis mole elephanto non impar, a qua tamen nonnihil deficit, eo quod breuiores habeat pedes. Caput habet ad modum suum, in rostrum acutius, et usque ad frontem productum, grauissimi ac robustissimi colli, os repandum, extra nares et excrescit cornu rotundum, et robustissimum parumper versus frontem incuruatum, ferrugineum nigrorem habens, caudam more boum, eiusque formae gestat, feritate, dolo, et fortitudine corporis molem aequat, adeo ut nulli belluarum cedat. Omnium vero adcuratissime, siquidem de bellua, quam, in Germania hoc tempore, vidimus, ferendum est iudicium,*  
de-

p) Cap. VI. p. 30. Edidit quidem istam *Musei Kircheriani descriptionem* PHIL. GEORG. DE SEPIBUS de BONANNI Rom. 1709. in fol. multo auctiorem am-  
plioresque; illa vero Rhinocerotis descriptio, quam GEORG. DE SEPIBUS edidit, in editione PHIL. BONANNI locum non inuenit.

descripsit Rhinocerotem CAROLVS AVGVSTVS a BERGEN, in ea, quam supra laudauimus, oratione, vbi Rhinocerotem esse, dixit, <sup>q)</sup> *animal, quadrupes, peregrinum, stupendae molis, visu horrendum, coloris fusci, pilis destitutum, loricatum siue magnis cutis plicis ac pedibus in corporis comparatione humilibus donatum, cornu in naso gerens paullo recuruum, acuminatum, a quo et nomen vi Graeci vocabuli toti belluae impositum est.* <sup>r)</sup> Ante ARISTOTELEM, de Rhinocrote, e veteribus, scripsisse neminem, vt crederemus, facile quidem adduci poteramus, propterea quod, in decem illius philosophi libris, *περὶ ζώων ἰσοπίας, de animalium historia*, nullam Rhinocerotis mentionem factam reperimus: sed quoniam ex quinquaginta voluminibus, quae is, PLINIO teste, <sup>s)</sup> de Animalibus scripta reliquerat, plurima

q) Plagul. B. column. I. *und aus dem Englischen in*

r) Iam haec scripseramus, *das Deutsche übersetzt worden von D. GEORG. LEONH. HVTH. Nürnberg. 1747. in 4.* quod titulum praefert: *die natürliche Historie des NASHORNS, welche von Doctor PARSONS. in einem Schreiben an MARTIN FOLKES, Ritters und Praesidenten der Koeniglich-Englischen Societät abgefasset, mit zuverlaessigen Abbildungen versehen,* Exhibetur p. 8. sqq. Rhinocerotis annò 1739. Kalendis Iuniis in Angliam aduecti descriptio, qua nihil adcuratius luculentiusque exhiberi potuit.

s) L. IIX. histor. natural. c. 16. Digna omnino verba sunt, quae heic legantur:

Ale-

rima perierunt, fieri etiam potuit, vt quae ARISTOTELES, e scriptoribus antiquissimis de Rhinocerote, cognita habuerat, cum aliis rebus, ad declarandam animalium naturam pertinentibus, iniuria temporum, interciderent. Igitur, inter Graecos, quod nos quidem sciamus, scriptores, primus fuit AGATHARCHIDES Cnidius, professione Grammaticus, tempore PTOLEMAEI PHILOMETORIS, clarissimus, qui in libro, *περὶ τῆς ἐρυθραῆς θαλάσσης, de mari erythraeo*, Rhinocerotisformam describere adgressus est. Insignem, e libro quinto particulam, PHOTIVS, patriarcha Constanti-nopolitanus, *μυριοβιβλῳ*, seu bibliothecae suae \*) inseruit, vbi haec legimus: Ὁ ρινόκε-  
 ρως ἐλέφαντος ἔλείπεται, τῷ γὰρ ὑπερκατα-  
 θεῖσε-

*Alexandro M. rege inflam-  
 mato cupidine animalium na-  
 turas noscendi, delegataque  
 hac commentatione Aristoteli,  
 sum in omni doctrina viro,  
 aliquid millia hominum, in  
 tota Asiae Graeciaeque tra-  
 ctu parere iussa, omnium quos  
 venatus, aucupia piscatusque  
 aiebant: quibusque viuarum,  
 armenta, aluaria, piscinae,  
 auarum, in curam erant, ne  
 quid usquam gentium ignora-  
 retur ab eo: quos percontan-  
 do, quinquaginta fere vola-*

*mina illa praeclara, de ani-  
 malibus condidit.*

t) Cod. CCL. p. 361. edit.  
 SCHOTTII. Conf. FABRI-  
 CIVS L. III. Biblioth. Gr.  
 c. VIII. p. 207. it. HENRIC.  
 DODWELL in dissert. Scri-  
 ptoribus Geographiae vete-  
 ris minoribus Graecis, quos  
 IO. HUDSON edidit, prae-  
 missa, vbi Tom. I. p. 49. sqq.  
 AGATHARCHIDEN, de  
 mari Erythraeo librum re-  
 gnante PTOLEMAEO  
 ALEXANDRO, scripsisse,  
 perhibet.

δεέσερος ὑπάρχει, *Rhinoceros vastitate quidem non minor, sed altitudine inferior est elephantis.* Talia etiam sunt, quibus ARTEMIDORVS Ephesius <sup>v)</sup> apud STRABONEM, DIO CASSIVS, et DIODORVS SICVLVS eximiam corporis molem Rhinoceroti tribuunt, elephanto tamen magnitudine parem esse negant. Ille enim, μικρόν, αἶτ, <sup>x)</sup> ὀπολιπονται τῶν ἐλεφάντων οἱ ῥωκέωτες, *Rhinocerotis magnitudine, ab Elephantis superantur: iste, <sup>y)</sup> si altitudinem exceperis, τὰ μὲν ἄλλα ἐλέφαντι πῆ προσέοικεν, elephanto similis est Rhinoceros: hic <sup>z)</sup> denique, ῥινόκερος ἀλκή καὶ βιά παραπλήσιον ἐλέφαντι, τῷ δὲ ὕψει ταπεινότερος, Rhinoceros robore, et vi, elephanto similis, sed illo humilior est.* Neque vero in alia, OPPIANNVS fuit sententia, cum Rhinocerotem Oryge, qui, e caprarum siluestrium, quas LYBIA procreat, genere est, haud multo maiorem scriberet, his verbis <sup>a)</sup> vsus:

u) Fuit ARTEMIDORVS Ephesius; non obscuri inter Geographos, nominis, qui Olympiade GLXIX. floruit, et XI. Geographiae libros scripsit, quorum reliquiae in minoribus Geographis Graecis Tom. I. p. 76. inueniuntur. V. FABRI

CIVS L. IV. Bibl. Gr. G. XIII. p. 406.

x) Ap. STRABONEM L. XVI. Geograph. p. 1120. edit. ALMELOVEENII.

y) Loc. iam. cit.

z) Loc. supr. cit.

a) E. II. Κυνηγετικῶν, s. de venatione, v. 551. sqq.

Ῥινόκερος δ' ὄρυγος μὲν ἔφου δέμας αἰθιακτῆρος  
 ὄου πολλὸν μείζων.

*Rhinoceros autem Oryge*<sup>b)</sup> *quidem est corpore impetuoso, non multo maior.* Nam praeterquam quod ARISTOTELES, PLINIUS, et AELIANUS Orygem, corporis mole superare tauros docent, et STRABO, *Rhinocerotem se vidisse*, testatur, *qui magnitudine; τὸν ταῦρον ἀεκουαυερὶ; ipse etiam OPIANVS*<sup>c)</sup> *elephantis, quos descripsit, proxime subiungit Rhinocerotas, et, corpore fatis grandes esse, indicat. Consentiant, ea in re, cum Graecis scriptoribus, inter Romanos, PLINIUS, et SOLINVS, quorum alter*<sup>d)</sup> *Rhinoceroti longitudinem cum elephanto, de quo paullo ante dixerat, parem, crura autem multo breuiora tribuit: alter*<sup>e)</sup> *Rhinocerotem longitudine quidem ipsis elephantis parem, breuiorem tamen cruribus esse, pronunciat. Nullos, in corpore, pilos habet Rhinoceros, si quamdam frontis partem exiguam, aures, et caudam exceperis, in quibus rari quidem pili,*  
 sed

b) OPIANVS libr. cit. 90, *Saeuus Oryx* dictus fuit, v. 446. sic de Oryge:

Ἀγριόθυμος ὄρυξ κρυερὸς  
 θήρῃσι μάλιστα,

*Saeuus Oryx, et omnibus feris maxime infestus.* et a MARTIALE L. XIII. Epigr.

c) Loc. cit.

d) L. VIII. Hist. Nat.

c. 20.

e) In Polyhistore c. XXX.

p. 41. edit. Cl. SALMA-

SII.



sed peraspera adparent. Cutis dura et crassa belluam tegit, et instar thoracis, aduersus vim, quasi munire conspicitur. Illam telis imperuam esse perhibent; quod etiam si de vno alteroue telorum genere, valere arbitramur; de globulis tamen plumbeis, quos, e sclopetis, eiaculari, hac nostra aetate, solemus, dubitatio suboritur, quam nemo, nisi experientia edoctus, nobis eximere poterit. AGATHARCHIDAE quidem<sup>f)</sup> *Rhinoceros εὐτελής τὴν ἀφὴν τῆ δέρματος, pelle insignis est, quae contactum admittit tenuiorem*; DIODORVS tamen SICVLVS *δορὰν ἰσχυροτάτην,*<sup>g)</sup> *pellem firmissimam*; et AELIANVS *φορὴν σεραὴν, καὶ δυσανόνησον,*<sup>h)</sup> *pellem firmam, et iaculo aegre peruiam*, eidem tribuit. Omnes, nisi fallimur, habent, quo confirmare possint suam sententiam. Cutis enim in Rhinocerotum catulis, necdum adultis, ea inprimis parte, qua plicas, in tergo, habent, mollior omnino est contactu: durior autem et multo asperior adparet, vbi grandior ab annis, factus Rhinoceros, lorica quasi, per totum corpus, contegitur. Caue autem existimes, oscitare OPPIANVM, et colorem, a re ipsa, prorsus alienum, Rhinocerotum tribuere, cum, rufa fronte illum insignem, et purpureis macu-

f) Apud PHOTIVM l. c.

h) L. XVII. de animal.

g) Loc. cit.

natura c. 44.

maculis, in tergo, conspicuum, producit. Verba poetae <sup>1)</sup> haec sunt:

ἤρέμα δὲ ξανθοῖς ἐπὶ κάλλιμόμοισι μετώ-  
ποις  
καὶ νώτῳ ῥαδάμυγες ἐπήτριμα πορφύρε-  
σιν.

CONRADVS RITTERSHVSIVS latine reddidit: *sensum vero in rufa et pulcricoma fronte, et in dorso, maculae confertim purpurascunt.* Nam rariores, quos supra diximus, in fronte, pili, ad rufum colorem proxime accedunt, et maculae, quibus Rhinocerotis corpus, vt PLINII <sup>k)</sup> verbo vtamur, *se quasi loricat*, purpuram omnino referunt, non quidem splendendam illam et rubentem, quam πορφυρίδα Graeci proprie dixerunt, *sed plebeiam*, quam CICERO <sup>l)</sup> nominat et *fuscam*, quae propterea quod ad glaucum colorem vergebat, et mare fluctibus commotum, imitari videbatur ἀλαργίς, <sup>m)</sup> a veteribus Graecis dicta est. Et quid pluribus

B 2 ver-

i) L. II. κυνηγετ. v. 558. proprie, hoc nomine, adpel-  
59. lata est, quae a Graecis

k) L. IIX. hist. nat. c. 24. πορφυρίς nominatur. Rubra

l) In Oration. pro SEX- illa erat, et maxime splen-  
TIO. c. 8. vbi, Pisonem vi- dida: φωνιδίς puniceum re-  
rum, qui grauitatem quan- ferebat colorem: ἀλαργίς, ad  
dam affectabat, eiusmodi glaucum colorem accede-  
purpura delectatum fuisse, bat, quem mare, vt poetae  
scribit. aiunt, *iratum* prae se fert.

m) Purpura apud anti- Conf. HADRIAN. IVNIVS  
quos varia fuit, sed vna L. II. Animadvers. c. 2.

verbis opus est? HOMERI <sup>n)</sup> verba; ὅτε πορφύρη πέλαγος μέγα κύμασι, *cum purpurascit magnum pelagus fluctibus*, EUSTATHIUS exponit: μελαίνηται, *nigrescit*. Et HESYCHIUS, <sup>o)</sup> πορφύρει, per μελανίζει, et τὸ πορφυρέον, per τὸ μέλαν interpretatur. Quid autem de illorum scriptorum sententia statuendum est, qui buxum Rhinoceroti colorem tribuunt? Sunt ex eorum numero, apud Graecos, AGATHARCHIDES, <sup>p)</sup> qui belluam χρώμα ἔχων πύξω παρεμφερῆς, *colorem habere buxo similem*: et DIODORVS SICVLVS, <sup>q)</sup> qui similiter, χρώαν ἔχων πυξοειδῆ, *colorem buxa similem habere*, dixit: apud Romanos autem, PLINIVS, <sup>r)</sup> et SOLINVS, <sup>s)</sup> quorum vterque Rhinoceroti *colorem buxum* adsignat. Hos certe omnes refellere videtur STRABO, <sup>t)</sup> cum de Rhinocerote, a se conspecto, ita scribit: ἀπόγε τῆ ἀφ' ἡμῶν ὄρασθέντος ἕτε πύξω τὸ χρώμα ἐμφερῆς, ἀλλ' ἐλέφαντι μάλλον, *eius, scilicet Rhinocerotis, quem nos vidimus, color non buxeus, sed elephanti similis erat*. At enim, nos causam esse videmus nullam, quam ob rem Graecos, quos adduximus, Romanosque scri-

n) L. XIV. Iliad. v. 16.

r) L. VIII. Hist. Nat.

o) In voc. πορφύρει.

c. 20.

p) Apud PHOTIVM

s) In Polyhist. l. supr. cit.

loc. iam cit.

t) L. XVI. Geogr. p.

q) Loc. cit.

1120

scriptores, tanquam opinione deceptos, erroris cuiusdam arguamus. Nam buxeus color, si Romanam loquendi consuetudinem spectamus, a subfusco, saltem liuido et cinereo, proxime abest, et propterea, a MARTIALE, v) piceo iungitur colori, vbi Maximinae, feminae edentulae, *piceos plane buxeosque dentes* tribuit. Quid? fieri etiam potuit, vt STRABO n) talis, sub adfectum, veniret Rhinoceros, qui, annosus erat, et proinde solis aerisque vaporibus diu expositus, nigrescere coeperat, in corpore: cum alii scriptores, Rhinocerotas describerent iuuenulos, quos buxei coloris esse conspexerant.

CAPVT belluae, qua parte os prominet, ad rostri similitudinem accedere, STRABO x) obseruauit, qui, *μορφὴν τῆς σπόγγης, apri formam* id referre existimat. In naribus, cornu eminere, supra iam diximus. Id a veteribus, diuersa ratione describitur. AGATHARCHIDES, STRABO, DIODORVS SICVLVS *κέρας* vocant *σίμον*, quod SOLINVS y) *cornu repandum* nominat. AELIANVS z) *ὀξύτατον ἐπ' ἀκρῆ, in extrema parte acutum esse*, ait: OPPIANVS a) autem,

B 3

ὄλι

v) L. II. Epigr. 41.

x) Libr. cit. p. 1120.

y) In Polyhist. loc. cit.

z) Loc. supr. cit.

a) Libr. cit. v. 558. sqq.

ὀλίγον ὑπὲρ ἄκρια ῥινός  
 ἀντέλλεν κέρας, αἰνόν, αἰκαχμένον,

*exiguum supra summitatem nasi, surgere cornu graue, acutum, dicit, idque poetarum more ἀγριον ἄορ, sacuum telum<sup>b)</sup> adpellat. Nimirum in cornu Rhinocerotis, fingulare et prorsus eximium belluae robur residere, crediderunt veteres. Id sane, e STRABONIS<sup>c)</sup> sententia, ὄσες παντός σφερώτερον, omni osse durius est, et, quemadmodum AGATHARCHIDES, DIODORVS SICVLVS, et AELIANVS sibi persuasum habuerunt, ὄξύτατον ἐπ' ἄκρη, σιδήρω δὲ καρτερόν προσείκασαι, in summa parte, cornu acutum est, quod ferro non concedit robore. Pluribus verbis rem, poetarum more, exaggerat OPIANVS:<sup>d)</sup>*

κείνω κεν χαλκόν τε διατρήσειεν ὄσος  
 'Ουτήσας βριαρήν τε διατμήξειε χαράδρην,

*Illo, cornu, ferrum transiicit, facto impetu, vulnerans, firmumque diffecat saxum. Sed talia plerumque magnificentius iactari, ab antiquis scriptoribus, experientia edocti nouimus, cum paucula quaedam ramenta oculis nostris*

ob-

b) Sic, e graeco, vertit RITTERSHVSIVS τὸ ἄορ, quod proprie *ensē* significat. Apud HESIODVM, in Scuto Hercul. v. 220. FERSEVS ἄορ χάλκειον, *sem aereum* nigro capulo suspensum, habet. HESYCHIO ἄορ est ξίφος, et μάχα.

c) Libr. iam saepius cit.

d) Libr. cit. v. 554.

obicerentur, quae de cornu Rhinocerotis, quem vidimus, cultro derasa, non nemo, aduersus morbum, nescimus quem, a belluae custodibus, obtinuerat. Id alioquin omnibus facile largimur, quod RHINOCEROS, animal immane, ferox et indomitum, *cum terribiles*, ut poeta ait, <sup>e</sup>) *exarsit in iras*, non feras solum et homines cornu vulnerare, sed etiam arbores, et quidquid eidem obuium fuerit, impetu facto, prostrernere possit.

Num Rhinocerotes inueniantur bicornes, in disceptationem et controuersiam vocari, intelligimus. Veteres Scriptores tantum non omnes, PAVSANIA ET MARTIALE excepto, vnum tantummodo cornu Rhinoceroti tribuunt. PAVSANIAS, <sup>f</sup>) Aethiopicos tauros, quos Rhinocerotas esse, supra ostendimus, duo habere cornua, ait, alterum ἐπ' ἀρχῇ τῆ ῥινὸς κέρας, *e narē extrema, prominens cornu*, alterum ὑπὲρ αὐτὸ, ἔ μέγα, *supra illud, non magnum*. Hanc sententiam, alio loco, his verbis, confirmat. <sup>g</sup>) οἱ Αἰθιοπικοὶ ταῦροι τὰ κέρατα φύσιν ἐπὶ τῆ ῥινὸς, *Aethiopici tauri, e naribus, cornua extrudunt*. MARTIALIS, <sup>h</sup>) in epigrammate, quo Rhinocerotis, cum vrsō, pugnam,

B 4

gnam,

e) MARTIALIS Libr. de spectaculis Epigr. IX.

f) In Boeotic. l. cit.

g) In Eliacis p. 159. edit. WACHSEL.

h) Libr. de Spectacul. epigr. XXII.

giam, in amphitheatro Domitiani factam, describit, belluam omnino bicornem designare videtur, quae

*grauem gemino cornu sic extulit vrsum  
iaciat ut impositas taurus, in astra pilas.*<sup>1)</sup>

Sed vitio laborare epigramma, ii praefertim viri docti suspicantur, qui, Rhinocerotem non nisi vnicornem inueniri, statuunt. Inprimis corruptelae suspicionem mouet, quod dictu admodum difficile sit, quae ratione, Rhinoceros, altero simul cornu, quod dorso proximum esse memoratur, vrsum efferre, et in altum iactare potuerit. Anget praeterea mendii suspicionem, aliud MARTIALIS epigramma,<sup>h)</sup> vbi is vnum modo Rhinoceroti cornu adscriptum, dixitque:

*O quam terribiles exarsit pronus in iras,  
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat.*  
Ita vero interpretes, verba epigrammatis, diuerso

i) Eiusmodi pilae non- vsum, e stramine, formatas, nunquam e vestibus, ad in humanam speciem, imaginem, adhibitas fuisse refert. Conf. MATTH. RADE- RVM addit. MARTIALI, libr. epigr. IX. VINCEN- TIVM COLLESVM ad h. i. et alios, qui in MAR- TIALIS epigrammata, FEROTTVS in Cornu- copiae col. 634. initio, ad hunc

k) Epigr. IX.

uerso modo, emendare adgressi sunt. Non nullas eorum coniecturas SAMUEL BOCHARTVS<sup>1)</sup> adducit, inter quas verisimilitudinis speciem prae se fert IANIDOVSAE emendatio, qui, sublato verbo *ursi*, substituit *urum*; quem etiam a VINCENTIO COLLESSO,<sup>m)</sup> aliqua ex parte, probatum, et a MICHAELE MAITTAIRIO,<sup>n)</sup> in textum, loco *ursi* receptum, conspiciamus. Ipse BOCHARTVS, aliam epigrammati medelam adferri posse, existimat, et mutatis casibus, poetam *gravi geminum*, non vero *grauem gemino*, forsitan scripsisse, dicit, ut Rhinoceros geminum *ursum*, id est, duos *ursos*, non vno quidem temporis momento, sed alium post alium, extulisse intelligatur. Sed cum huic, tum alii cuidam coniecturae, qua *geminum* in *Gecicum* mutatur, non ita multum tribuere videtur BOCHARTVS, siquidem haec dictis subiungit verba; *sed geminum probo magis, quia sequenti versu:*

B 5 iactat

1) In Hierozoico, P. I. L. III. c. 26.

m) Ad dictum epigr. in edit. ad usum Delphin.

n) In edit. nitidiss. quae Londin. anno 1716 in 12mo. prodiit. MATTH. RADE- RVS in commentar. ad haec verba p. 52. ita scribit: *expono igitur versum, Rhinoceros bicornis, suo cornu gemi-*

*no, non secus ursum; in aere, est ei aculatus, atque taurus pilam hoc est effigiem hominis foenam, aut alia materia factam. Lectu etiam digna est epistola, quam, ab amico scriptam, RADE- RVS commentario suo p. 53. inseruit, ubi sententia eorum, qui loco *ursi*, legunt *uri*, defenditur.*



iacat ut impositus taurus in astra pilas,  
 poeta: plures videtur opponere pluribus versis.  
 Iam plus nimio fortasse disputatum fuit, de  
 MARTIALIS epigrammate. Illud silentio ta-  
 men praeterire non possumus, quod EZE-  
 CHIEL SPANHEMIVS, <sup>o)</sup> eam interpretum se-  
 qui videatur opinionem, qui, *grauem gemino  
 cornu vrui*, a Rhinocerote, in aera elatum fuisse,  
 arbitrantur. Scribit enim: *illud utique certo  
 statuendum est, haud impingere potuisse Mar-  
 tialem, testem illius spectaculi, et visi, in eo  
 Rhinocerotis, qualem modo adductus Domitia-  
 ni numus exhibet, oculatum, ut geminum ibi  
 cornu Rhinoceroti tribueret: quippe etiam unum  
 cornu duntaxat, alio loco, eidem ferae largitur: <sup>p)</sup>  
 . quantus erat cornu, cui pila taurus erat.*

Verum enim vero, si dicendum quod res est,  
 inter duos numos, quos SPANHEMIVS, ad-  
 confirmandam, aduersus IONSTONVM, AL-  
 DROVANDVM, et PIERIVM, sententiam, e  
 cimeliarchio Pembrokiano, protulit, argenteus  
 ille, nisi fefellerunt nos oculi, aut scalpendo,  
 manus errauit artificis, duo, in Rhinocerote,  
 cornua exhibere videtur. <sup>q)</sup> His animo, pro

eo

o) De praestantia et usu Domitiani numos, quos e  
 numismatum antiquorum Pembrokiano cimeliarchio  
 Tom. I. dissertat. IV. p. 188. SPANHEMIVS protulit,

p) Epigr. IX. v. 4.

q) Non solum duo illos potuit, sollicitis, delinean-  
 dos,

eo ac decet, reputatis, in eam adducimur sententiam, vt Rhinocerotas inueniri bicornes, profiteamur. Quis enim, quaeso, omnium museorum, \*) vbi duplex Rhinocerotis cornu adseruatur, fidem dubiam suspectamque reddiderit? quis temere contradixerit tot testibus, qui Rhinocerotas bicornes a se, inspectos, memorant. Certe, inter eos, PETRVS KOLBIVS, \*) rerum

dos, aereque incidendos curauimus; sed illis quoque tertium, aereum quidem, eiusdem Imperatoris numum, quem idem SPANHEMIVS, e numophylacio equitis aurati Andr. Fontaine adfert, adiecimus, nostrisque lectoribus, in libelli fronte, exhibuimus.

r) V. c. in museo regio Danico, quod OLIGERIVS IACOBAEVS Hafn. 1696. in fol. descripsit: in museo quodam Augustae Vindelicorum, cuius LVCA SCHROECKIVS in Ephemerid. Nat. Curiosorum meminit: et in museo Hans Sloane Londini, teste PARSONIO epist. cit. p. 14.

s) In der Beschreibung des Vorgebürges der guten Hofnung I. cit. vbi KOLBIVS ita: Noch ein ander Horn stehet auf der Stirn, in gerader Linie mit ienen.

*Dieses ist gelb, und bey einem jungen Nashorn, ohngefähr einer Hand breit lang: bey einem alten auf das böchste sechs Zolle. Dieses Horn vermindert, das das andere auf der Nase, nicht so großes Vorneil aurichtet, als es aussere dem thun koennte. In collectione variorum Scriptorum, quae, a fratribus DEBRY. titulo: das Orientalische Indien, aliquot tomis, Francof. anno 1601. sqq. in f. edita fuerunt, legimus P. IX. Continuat. p. 25. de Rhinocerate, haec verba: es hat auob daselbst (auf der Insel Iaua) viel wilde Thiere, so man Rhinoceros nennet, und hatte kurz vor der Holländer Ankuufft, der König sonderlich einen gefangen, der ganz um den Leib, mit harten dicken Schilden umgeben, und einen harten Schild uorserdrt an der Stir-*

rerum, quas Africa procreat, doctus atque idoneus spectator aestimatorque, Rhinocerotas, in itinere saepe numero obuios sibi factos, refert, qui aliud in naribus, aliud in fronte cornu habuerint. Illud, in fronte cornu lutei vel flauī coloris esse, et in adultis Rhinocerotibus, si altitudinem spectaueris, sex vnciarum, seu digitorum mensuram non excedere, testatur. A natura autem cornu fronti Rhinocerotis additum conicit, vt impedimenti loco sit, ne is altero cornu, quod in naribus, paullo erectius est, nimis laedere, et damnum dare possit. Quid? amplissimus SICHTERMANNVS, eo tempore, quo filium, eximia spe iuuenem, ad Patrem carissimum, scholae Prouincialis Portensis Rectorem, quem Deus nobis diutissime conseruet, studiorum causa, perduceret, ea de re interrogatus, omnia ita se vt diximus habere, et dari Rhinocerotas bicornes, respondit. An eiusmodi Rhinocerotes, diuersi, ab aliis, generis existimari debeant, nemo, nisi testis *αυτοπτης* definire poterit. Mares saltem duobus cornibus, vt quidam opinantur, a feminis, non distingui, certum est, et Rhinocerotis exemplo comprobatur, qui anno, MDCCCXXXVIII, in Angliam aduectus fuit.

Quodsi

*Stirne hatte, an welchen den eben hatte es auch auf den Rücken, etwa 2 Spaunen lang, scken, allernächest am Halse, Streck über sich in die Höhe auch ein Horn stehen, so eingerichtet, gestanden; desgleichen wa eine Hand lang gewesen.*

Quodsi exemplis, quae in eiusmodi controuersis plurimum valent, res diiudicanda foret, in Africa plures, quam in Asia Rhinocerotas reperiri bicornes, forte dixerimus, Et ab ea sententia proxime abfuit BERNHARDVS DE MONTFAVCON,\*) cum pauimentum *musivo opere* concinnatum, et varii coloris lapillis structum, e templo Fortunae Praenestinae, aere incisum, quinque foliis maioribus, exhiberet. Tametsi enim, in eximio illo antiquitatis monimento, Rhinoceros vno tantum armatus

CORNIL

t) V. *Supplement au livre de l'antiquité expliquée* Tom. IV. L. VII. Chap. I. p. 159. Facere non possumus, quin COSMAE Aegyptii, qui etiam Indopleustes dicitur, verba, prout a BERNHARDO DE MONTFAVCON adlata sunt, heic omnia adiiciamus. Hoc animal Rhinoceros, a cornibus naso haerentibus, vocatur: eo autem ambulante cornua subagitantur: cum autem furore plenum obtuetur, cornua vibrat: ipsaque immobilia et firma consistunt, vt etiam arbores eradicare possit, cum maxime a fronte posita sunt. Terribilissimum porro est, atque elephanti maxime inimicum. Pedes atque pellem elephanti similes habet: pellis eius exsiccata di-

gitorum quatuor spissitudinem habet, qua nonnulli vomeris loco, ad aratra, vtuntur, illaque terram sulcant. Rhinocerotem Aethiopes, propria dialecto Aru, qui Harisi nuncupant; in secundo vocabulo, denso spiritu Alpha pronunciantes, et Risi adicientes, vt voce Aru ipsum animal significent, voce autem Harisi figuram narium atque pellem arando opportunam indicent, hinc illi nomen imponentes. Huiusmodi animal, in Aethiopia, viuum eminens conspexi, mortuique pellem palea infertam: unde licuit adcurate describere. Haec quidem adcurate se describere putat COSMAS: sed vt omnia adcurate descripserit, haud immerito veretur.

cornu repraesentatur; aliorum tamen scriptorum, et praesertim COSMAE, Aegyptii, qui Iustiniani, Imperatoris tempore vixerat, et omnem peragrauerat Aegyptum, autoritate permotus doctissimus BERNHARDVS DE MONTFAUCON, scribere haud dubitat: *Scriptores alii pae- ne omnes Rhinoceroti unicum tantum dant cornu, in nare, positum. Verum hi Rhinocerotem Indicum describunt, qui forte, ab Aethiopico differat. Illud vero Φυσιολόγοις explorandum relinquo.* Eiusmodi cornibus instructi Rhinocerotes vim inferunt elephantis, quibuscum sempiternas inimicitias gerere dicuntur, cuius rei causam, a DIODORO SICVLO <sup>v)</sup> expositam habemus, qui, τῆτο (ζῶαν) ait, *περὶ τῆς νομῆς αἰεὶ διαφερόμενον ἐλέφαντι, perpetua illi animali, cum elephante, de pascuīs, concertatio est.* Haec, nisi fallimur opinione, ex AGATHARCHIDAE <sup>x)</sup> libro, DIODORVS SICVLVS, AELIANVS, <sup>y)</sup> aliique veteres autores acceperunt, quam ob rem, *exemplo ab uno*, vt poeta ait, *discere poterimus omnes*, si adlatis AGATHARCHIDAE verbis, illius certaminis rationem exposuerimus; Ita vero ille: *συμπεσῶν δὲ ἐλέφαντι, τῆτω γὰρ τὸν πάντα περὶ τῆς νομῆς διαμιλλᾶται βίον, ὑποδὺς τὴν κοιλιαν, καὶ τῷ κέρατι τὸ κύκλωμα τῆς σαρκὸς ὄγαρ-*

u) L. III. c. 35. p. 200.

y) libr. cit.

x) Ap. Photium loc. cit.

ἀναρρήξας, ἔξαιμον ἐυθύς ποιῶ, *in dimicatione, cum elephanto, cum hoc enim de pascuis, per omnem vitam, habet conflictationes, ventrem subit, et perrupto carniū ambitu, exsanguem facit.* His porro addit: καὶ πλείους ἐστὶν ἐλέφαντας ἰδῶν ἔτω τετελευτηκότας, plurimi elephantes, ita exanimati cernuntur. Isthæc versibus OPPIANVS<sup>2)</sup> complectitur:

Κείνος καὶ σθεναρῶ περ ἐφορμηθεὶς ἐλέφαντι

Πολλάκις ἐν κονίησι νέκυν τοῖστων ἔθηκεν

*Ille etiam, validum licet, irruens in elephantum, saepe in pulueribus mortuum, prostravit* Subiungimus iis, quæ, a scriptoribus Graecis, prolata sunt, PLINII<sup>a)</sup> testimonium, qui, *Rhinoceros, inquit, genitus hostis elephanto: cornu, ad saxa, limato, praeparat se pugnae, in dimicatione, alium maxime petens, quam scit esse molliorem.* PLINII, aliorumque scriptorum autoritati, fidem derogare videtur CHARDINVS,<sup>b)</sup> qui Aspahami, in primaria

Per-

2) libr. cit. v. 556.

a) L. VIII. Hist. natural. c. 20. Conf. quoque e recentioribus GEORG. CHRISTOPH. PETRI ab HARTENFELS elephantograph. curiosa P. I. cap. 16. p. 121. seqq.

b) libr. cit. Tom. IX. p. 132. ubi scribit; La relation

Hollandoise, qui a pour titre l'Ambassade de la Chine, fait une description de cet Animal tout a fait fausse, sur tout en ce quelle porte, que c'est un des principaux ennemis de l'Elephant: car ce Rhinoceros-ci estoit dans une meme ecurie avec deux Elephants, et je les ai vu divers fois tous trois l'un pres

Perfidis vrbe, suis oculis se vidisse refert Rhinocerotem, cum duobus elephantis, vno eodemque stabulo, septum nutritumque, qui nihil ingenitae hostilitatis, aduersus elefantos, vnquam prodiderit. Sed viderit, licet, CHARDINVS, haec, in aula Persica, tamen a nobis minime impetrabit, vt Rhinocerotem, qui, vel duobus elephantis imparem se fore viderat, vel quotidiani victus consuetudine, paullo mansuetior factus, lenierat iras, talem etiam in saltibus, ferarum stabulis, fuisse existimemus, vbi iras inimicitiasque, aduersus elefantos, exercere, et libero, in eiusmodi, belluas, impetu, irruere potuerat. Neque adlato exemplo, omnis, quae inter Rhinocerotem atque elefantum est, inimicitia tollitur, sed naturalis tantummodo, quam nonnulli hisce belluis inesse crediderunt, *αὐτίκα ὄψα* eleuatur. Possimus sane, aliud exemplum haud leuioris momenti CHARDINO obiicere, quod PAVLLVS IOVIVS, <sup>c)</sup> his consignatum verbis

retulit:

*pres de l'autre dans la place royale, sans se marquer la moindre antipathie.*

c) in *elogia Tribuni Acurii Lufiani*, quod in *elogiis virar. bellica virtute illustrium*, a PAVLL. IO. VIIO. conscriptis L. IV. p. 363. iuuenitur. Illam quoque

que Rhinocerotem hoc carmine prosequutus est ANTONIVS SANFELICIVS:

*Rhinoceros ego sum, fusco  
deuectus ab Indo,*

*Hinc, vbi vestibulum lucis  
partaeque diis,*

*Hespe-*

retulit: cum Rhinoceros, ab Oceano, in portum Vlyssiponensem, exponeretur, adspectu, atque odore suo elephantum, qui tunc in regia erat, adeo terruit, ut incredibili pauore concepto, septum caueae, ferreis ingentibus clathris permunitum, humerorum et capitis praecipiti impulsu periruperit, et in longam se proripiens fugam, terribili barritu edito, stridens et furens, cuncta obuia prostrauerit. Praeterea, DAMIANVS a GOES, qui Emanueli, regi Lusitaniae, ab intimis cubiculis fuit, de certamine Rhinocerotis et elephanti haec narrat: certamini vnus istorum elephantum, (qui scilicet in Lusitaniam aduecti fuerant) cum Rhinocero interfui: spectaculum sane admiratione dignum, in quo elephas succubuit. Quem ludum rex felicissimus praebuit anno, (si recte meminimus) CIO IO XV. vel XVI.

## Quo

Hesperiae classem ascendi  
temeraria vela

Ausa novas terras, alium-  
que inuisere solem.

Speclarat quondam Vrbs  
nostros in munere Circi  
Congressus, hostemque ele-  
phantum obiecit arena.

Hic patrias iras, aeterna  
que proelia mecum

Exercet fidens immani  
corpore moles.

At loricamur triplici nos  
tergore, et arma

Praeualidus mucro, atque  
inuisa cuspide cornu.

Ipse cadit barrus, dum  
telum figitur alio

Expugnat vires stultas  
prudencia solers.

d) in Hispania, quae in-  
uenitur, in ANDR. SCHOT-  
TI Hispania illustrata. Tom.  
I. p. 1172.

C



Quo tempore, Rhinoceros in Europam, adductus fuerit, atque innotuerit Romanis, e PLINII verbis, mox adducendis, satis superque intelligitur, etiamsi DIO CASSIVS, et SVETONIVS, contra ista dicant, et producti, in arenam, Rhinocerotis, gloriam Augusto, imperatori, tribuant. Inter alia enim animalia, quae post actum, de Cleopatra, Regina Aegypti, triumphum, in ludis, qui templi Iulii consecrationem sequebantur, Augustus <sup>e</sup>) exhibuerat. καὶ θηρία καὶ βοτὰ ἄλλα τε παμπληθῆ καὶ ῥινόκερος ἵππος τε ποτάμιος, πρῶτον τότε ἐν τῇ Ρώμῃ ὀφθέντα ἐσφάγη, *multae ferae, et alia animalia, et inter ea Rhinoceros, et equus fluuiatilis tunc primum Romae visi, et occisi sunt.* Isthaec SVETONIVS, <sup>f</sup>) his verbis, ante DIONEM, extulerat: *Solebat etiam, citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumque cognitu aduectum esset, id extra ordinem, quolibet loco publicare: ut Rhinocerotem apud Septa; sed nihil est, quod PLINII fidem autoritatemque nobis suspectam reddere possit, utpote qui scriptor, DIONE CASSIO, et SVETONIO antiquior, exhibiti, in arena Rhinocerotis gloriam, Cn. Pompeio, vindicat,*

e) L. LI. p. 156. edit. 30. ante oculos habuit, cum SCRIBERET: *Romanu spectacula,*

f) in vita Augusti c. 43. *la, ante Cn. Pompeii tempora, quem locum SOLINVS c. Rhinocerotem nesciebant.*

cat, <sup>g</sup>) atque omnia animalia, quae, in ludis Pompeii adparatissimis, Romani populi oculis primum obiecta fuerant, adcurate recenset. Post ea, Rhinocerotas, in Augusti, Domitiani, <sup>h</sup>) Traiani, <sup>i</sup>) Antonini Pii, <sup>k</sup>) Elagabali, <sup>l</sup>) et Gordiani, <sup>m</sup>) imperatorum ludis, fuisse productos, nemo temere negauerit. Numos Domitiani tres, Rhinocerote insignitos, vti iam supra diximus, EZECHIEL SPANHEMIVS exhibet, numoque Traiani, ab ADOLPHO OCCONE, descripto, ostendit, quod ille imperator, in quinto consulatu suo, Rhinocerotem, vt SVE-TONII verbis vtamur, publicauerit. Idem iste illustris, et in re antiqua maxime versatus, SPANHEMIVS, in PYRRHI LIGORII antiquariis lectionibus, quae nondum editae, inter libros Christinae, reginae Suecorum, Romae adseruantur, quemdam Domitiani numum se vidisse depictum, scribit, <sup>n</sup>) in quo, Rhino-

C 2

ceros,

g) L. VIII. Hist. nat. c. 20. *psicerotas*; sed CL. SALMA-

h) MARTIAL. libr. de spectaculis Epigr. VIII. it. *psicerotas*; sed CL. SALMA-SIVS in vetustis libris, siue scriptis, siue antiquitus excusis, *Rhinocerotas compare-re* docet.

i) EZECH. SPANHEM. de praesstantia et vsu numism. antiqu. differt. IV. p. 189.

l) AEL. LAMPRIDIUS, in Elagabalo c. 28. *habuit et hippopotamos, et crocodilum, et Rhinocerotem.*

m) IUL. CAPITOLINVS in Antonino Pio, c. 10. vbi IS. CASAVBONVS in Gordianis c. 33.

n) Libr. cit. p. 190.

ceros, cum elephanto, compareat. Neque vero adduci facile poterit quispiam, ut Seueri, imperatoris numum, quem GISEBERTVS CVPERVS <sup>o</sup>) *longe maiorem*, ut dicit, *quam potuit esse, aut fuit unquam*, ex ONVPHRII libro, *de ludis Circensibus*, depromsit, Rhinocerotem exhibere credat, propterea, quod animal illud, pro Rhinocerate, a GISEBERTO CVPERO, habitum, Onagri, <sup>p</sup>) seu Asini siluestris speciem magis, quam Rhinocerotis, prae se ferre videtur. Interiecto haud exigui temporis spatio, et anno, si recte posterunt calculos aliqui Autores, <sup>q</sup>) circiter CIOIO XV, ad Emanuelem, regem Lusitaniae, aduectus ille fuit Rhinoceros, a quo, elephantum victum, supra <sup>r</sup>) memorauimus. An plures,

o) de Elephantis, in numis, Exercit. II. S. 183.

p) Onagros in India, unum cornu, in fronte gerere tradit AELIANVS, L. IV. de Animal. c. 52.

q) DAMIAN. a GOES. loc. cit. ap. ANDR. SCHOTTVM in Hispania illustrat. T. I. p. 1172.

r) Is ipse forte Rhinoceros fuit, qui postmodum Leoni X. pontifici Rom. muneris loco, destinatus fuisse dicitur. Haec enim

in IO. PETR. MAFFEI L. V. historiar. Indicar. p. 202. ed. Colon. legimus: *Rhinoceros quoque, non visum in Italia, multis iam seculis, animal Romam deducebatur, ut cum elephanto commissus (quo cum implacabiles gerit inimicitias) veteris magnificentiae spectaculum repraesentaret. Sed, qui ab ultimis terrarum terminis, in Europam incolumis venerat, ad Ligusticae demum orae scopulos, facto naufragio, cum impeditus catenis, enare nequisset, exoptata plebens*

res, insequentibus temporibus, in Europam aduecti fuerint Rhinocerotas, aliis inuestigandum relinquimus, qui id modo agimus, vt, e veterum libris, eruamus, quae Rhinocerotis historiam illustrant. Nescimus, quid, in mentem venerit OPPIANO, dicere, Rhinocerotas omnes esse mares, et nasci sine compare. Ita enim ille, et, quod nos quidem sciamus, praeter eum, nemo alius scripsit. 5)

Πάντες δ' ἄρ' ὄντες εἰσὶ, καὶ ἔποτε θῆλυς ὄρεται,

Καὶ πόθεν, ἔν ἐδάην, κ. τ. λ.

*Omnes vero mares sunt, nec unquam femina conspicitur, et unde (orientur) non noui, etc.* Num forte mares tantummodo Rhinocerotas spectauerant veteres Romani? id quidem pro certo, adfirmare, haud sustinemus. Illud pro vero certoque nobis constat, *generationem*, quam Peripatetici finxerunt, *Aequiuocam*, a philosophis, iam dudum merito esse explosam, et feminam fuisse Rhinocerotem, quam, praeteritis nundinis Lipsiensibus, nobiscum, plurimi homines alii, suis oculis viderunt.

Ita

*bem oblectatione priuauit.* nuel, Rex, ad Pontificem Nimirum enumerat MAF- mittere, constituerat. FEIUS munera quae Ema- s) Libr. cit. v. 560. sq.

Ita vero scribendi finem facimus. Quodsi iuuenilis conatus noster, in hoc litterarum genere, tibi B. L. placuerit, gratum id erit, neque calamo, vt sic dixerimus, triuisse labelum, nos poenitebit. Itaque ἰδόντες τὸ τέρμα Θεῶν χάριν δίδομεν.



i  
n  
r  
t  
t

117 722

SZALAI V  
1978.







